

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Obseruationum exegetica-criticarum in vtrumque foedus

...

Ad sollemnem Resurrectionis Domini memoriam pie recolendam Ciues
academicos exhortantur Rector, Cancellarius, Director et Senatus
Academiae Regiomontanae

Rink, Friedrich Theodor

Regiomonti, MDCCCI.

VD18 90587316

[Ad sollemnem Resurrectionis Domini memoriam pie recolendam Ciues
academicos exhortantur Rector, Cancellarius, Director et Senatus
Academiae Regiomontanae]

urn:nbn:de:gbv:45:1-15834

—————

Inimmo Dominus

Adsunt, *Cives Ornatissimi*, dies festi laetissimi, singulari a nobis erga Deum, si qui alii, gratiarum actione celebrandi, Christum cum nobis redituum religionis suae testem sistant atque sponso- rem. Accuratam autem huius, quam edocti sumus omnes, religionis cognitionem sibi comparare, prae ceteris inter Christianos officii est iis, qui litteris student, indeque eruditorum nomen sibi vindicant. Quod tamen cum sola novi foederis, quod dicunt, lectione, neglecta aevi et populi ratione, neglectoque linguae et cogitandi modo, quibus Christus eiusque discipuli utebantur, effici nequeat: iam ab antiquissimis inde temporibus, non solum canonicos, quos vocant, sed et apocryphos libros, maxima ex parte parum ab isto tempore remotos, diligenti perscrutatione, lectio- neque sollerti dignissimos censuerunt viri eruditi. Quos autem inter libros, Iesu Siracidae Ecclesiasticum, sic dictum, licet cum *Sonntagio*, *V. R* libri potius farrago, quam liber nominandus sit, reliquis fere omni- bus palmam praeripere, quis est, qui neget? Hac ratione adducti et nostro aeno non pauci exsistere viri docti, qui eum suis curis ornandum putarent. E quibus prae ceteris nobis nominandus est *V. R Linde*, qui non solum versionem huius libri vernaculam, eamque satis elegantem a) paravit, sed ipsum graecum textum non nullis locis recognovit et anno-

a) Aliam nuper dedit interpretationem pari laude dignam THADDEVS DE-
RESER V. R. Vid. *Die heil. Schrift des A. T. Th. III. Bd. II. Frft. 1800.*



tationibus doctis illustravit. Aliam de hoc libro scriptiunculam ingeniosissimam edidit Sonntag V. R. b), multosque locos sub crisin vocavit Bendsen in *Specimine excercitation. criticar. in V. F. libros apocryph. Goett. 1789. 8. Camerarii, Hoeschelii, Fabricii, Eichhornii V. III.* aliorumque virorum de hoc libro merita non est quod praedicemus, cum de iis iam satis inter omnes harum litterarum peritos constet. Restant tamen multae quaestiones, a nemine adhuc solutae, necessario tamen soluendae, cum parum constet, qualis, quantaque auctoritatis habendus sit ipse huius libri textus graecus? vtrum eadem, quam nunc habet, forma ex auctoris manibus prodierit, an recentiori aeuo immutatus et mutilatus fuerit? vnde enatae sint singulares et magni momenti varietates, quarum permagnus et in interpretationibus antiquis, et in editionibus omnibus existat numerus? etc. c)

Certiozem autem harum rerum cognitionem nulla alia, ni fallimur, ratione assequi possumus, nisi prius singulas istas editionum et versionum antiquarum variantes lectiones et diuersitates enotatas et in classes dispositas habemus ita, vt de earum auctoritate iudicium ferre, fontemque, e quo promanauerint detegere possimus. Quo demum facto, quid vel ad textum, qui olim existit hebraicum seu potius aramaeum, vel ad graecum, qui nunc est, vel ad interpretes veteres, praesertim latinum et syriacum, vel denique ad interpolatores et antiqui et recentioris aeni referendum sit, statui poterit. Optandum foret, vt hexaplaem codicem syriacum, qui in bibliotheca Mediolanensi existat, totum iam typis descriptum haberemus, nam praeter alios adhuc ineditos V. F. libros, hunc etiam Siracidis ecclesiasticum, additis signis criticis continet d), ex

A 2

eoque,

b) *Commentat. de Iesu Siracide Ecclesiastico, non libro, sed libri farragine. Riga, 1792. 4.*

c) Cf. EICHHORNII *Bibliothek d. bibl. Litt. Bd. VI p. 1051.*


d) Vid. ADLERI V. S. V. *Bibl. crit. Reise nach Rom, p. 197.* BVGATI in praef. ad suam Danielis e cod. illo ed. p. IX. nec non NORBERG in praef. ad suam huius codicis ed. Vol. I. p. 9.





eoque, quin magnus ad crisin huius libri fructus redundaturus sit, dubium non est. Priusquam vero collationem huius codicis, cuius rei iucundissima quaedam spes nobis affulsit, cum orbe erudito communicare possimus, nunc nobis, in enotandis variantibus lectionibus et diuersitatibus antiquae latinae, syriacae, et, si quae forte occurrant, arabicae versionis, initium facere liceat. Reliquam huius operae partem, ut et variarum editionum, patrumque ecclesiasticorum, in primis Clementis Alexandrini collationem, alio loco et tempore absoluemus. Illam autem antiquarum versionum collationem cum textu codicis Vaticani, a Lindio V. R. edito e) instituiamus.

Caput primum.

Vs. 1.

Παρα κυρις. VULGAT. a Domino Deo. παρα κυρις τῆ θεῶ. — και μετ' αυτῆ εστιν εις τον αιωνα. VULGAT. et cum illo fuit semper, et est ante acutum, cuius versionis sensum Syrus etiam, et, qui semper fere cum eo facit, Arabs, exprimunt:  ille, hic من قديم الدهر, i. e. απο τῆ αιωνος, i. απ' αιωνος.

Vs. 2.

Εξαριθμησει. VULGAT. dinumeravit. Saepe vero futurum tempus cum perfecto commutatum fuit haec interpretatio v. c. Vs. 3. dimensus est, inuestigavit, ideoque nullam h. l. video lectionis varietatem. Syrus et Arabs addito  et يقدر futurum aperte exprimunt. Singulare est versionis arabicae in initio huius commatis additamentum:  fluctus maris, quod, cum nihil eiusmodi apud Syrum legatur, ex ipso interpretis illius ingenio profluxisse videtur.

Vs. 3.

e) Gedani, 1795. 8.

Vs. 3.

Και αβυσσου. VULGAT. et profundum abyssi. Eodem fere modo Syr. *ܟܝܝ ܒܘܫܝܠܐ* et mare magnum, nec non Ar. *والبئر العظيم* et gurges s. abyssus maximus. Nec h. l. varietatem lectionis deprehendimus. — *Και σοφιαν τις εξιχιασει.* In his verbis reddendis valde a textu nostro aberrant interpretes. Verba nimirum *και σοφιαν* h. l. plane omittunt verff. Vulgat. syriaca et arabica, et nostro *εξιχιασει* verbum *εκμετρησει* substituntat: *Et profundum abyssi quis dimensus est, s. quis dimetiatur?* Addit porro Vulgat. *Sapientiam Dei praecedentem omnia quis inuestigavit?* quod additamentum e verbis antea omissis *σοφιαν* et *ιχιασει* ortum esse, quis est, qui non perspectum habeat? Sed ne vulgatam quidem huius libri versionem a recentioribus interpolationibus liberam iudicamus. Nam cum maxima ex parte accurate, imo anxie vestigia textus graeci premat, mirum sane est, eam interdum longe ab eo aberrare. Quam quidem rem multi viri eruditi vnice ad codicum textus nostri diuersitatem retulerunt, quorum tamen sententia minime nobis probatur. Verba illa: *(Sapientia) Dei praecedens omnia*, priorem commatis sequentis verborum interpretationem parum ab ea, quae mox sequitur diuersam sistunt. Lector nimirum aliquis vel librarius, *σοφιαν* cum *λογω* comparans, eam de Messia Iesu interpretabatur, ideoque a rebus minoris momenti, quae sunt proxime antea dictae: *coeli altitudo, terrae latitudo etc.* segregandam putauit, et suum exemplar ad hanc sentiam immutauit. Consentit quodam modo nobiscum Cl. Boudisen, vt nunc videmus.

Vs. 4.

Vulgat. cum textu nostro consentit, dissentit versio syriaca, quam sequitur Arabs: *ܐܝܬܘܢ ܐܘܟܠܘܢ ܐܘܠܝܘܬܐ ܘܥܝܢܐ ܘܥܝܢܐ ܘܥܝܢܐ ܘܥܝܢܐ* i. e. *his rebus omnibus abundantior est sapientia et opulentior fides.* Haec tamen interpretatio, licet singula verba valde in ea distorta sint atque disiecta, quodam modo textui nostro accommodari potest. Si enim verbum *κτασθαι*, vnde *κτημα*, *κτησις*, possessio, opes, diuitiae

A 3

et



et apud septuaginta interpretes, verbo, quod nunc legitur, κτιζειν sub-
 fituas, ideoque εκτηται pro εκτισται legas, originem habes τβ ΔαϞϞ,
 nisi forsan iam ad textum quendam originale aramaicum hanc diversita-
 tem referre velis. Hebraicum nimirum תָּבַר et syr. ܕܒܪܐ non solum
 paravit, fecit, creavit, sed etiam possedit, acquisivit, comparavit, de-
 notat. Graecum συνεσις φρονεσεως de rerum diuinarum intelligentia, per
 solam fidem nanciscenda, accepisse videtur Syr, vnde ܕܠܘܘܫܝܢ,
 nisi forsan praefendam censeas sententiam a nobis prae ceteris probatam,
 Syrum vel solum συνεσις, vel pro eo πισις, reiecto ad comma sequens
 vocabulo φρονεσεως legisse. Qua de re postea. Maximam quidem in
 hac re difficultatem excitare videtur verbum ΔαϞϞϞ, quod addit Syr.
 sed e verbo εξιχνιασει commatis praecedentis, ibi ab hoc interprete omisso,
 illud ortum esse, nobis persuasissimum est. Legit nimirum ενισχυσει,
 verbum saepe apud LXX f), non nunquam etiam hoc sensu in N. F. g)
 obuium. Verba denique εξ αιωνος ad comma sequens reiecit vers. syriaca.

Post hunc vs. addit Vulgat. *Fons sapientiae verbum Dei in excelsis
 et ingressus illius mandata aeterna*, quae verba sola editio Complutensis
 graece exhibet: πηγη σοφιας λογος θεος εν υψισταις, και αι πορειαι
 αυτης εντολαι αιωνιοι. Hoc additamentum, praeter alia multa,
 suspicionem iam a V. Cl Bentzen in Specimine supra laudato prolatam,
 editionem nimirum Complutensem ex arbitrio editorum, h. l. ad versio-
 nem Vulgatam interpolatam esse, quodammodo confirmare videtur. Ce-
 terum Cf. V. R. Linde ad h. l.

Vs. 5.

Verba praecedentis commatis εξ αιωνος, a Syro et Arabe ad hoc
 comma relata esse, iam supra diximus. Alter nimirum vertit: ܕܒܪܐ
 ܕܠܘܘܫܝܢ ܕܠܘܘܫܝܢ ܕܠܘܘܫܝܢ ܕܠܘܘܫܝܢ h. e. *Ab antiquo
 origi-*

f) Vid. BIELLI Nou, thes. philol. Vol. I. p. 539.

g) Vid. SCHLEVSNERI Lex N. F. sub h v.

origines sapientiae cuinam reuelatae sunt, alter: **למן אֶזְהַרְתָּ אִסּוּל**
הַכֶּסֶף בְּדִיבָא h. e. *Cuinam olim reiectae sunt sapientiae radices.*

Pro **αυτης** Syr. legisse videtur **Φρονησεως**, quod in commate proxime antecedente vere abundavit, ibique ab eo non redditum est. Nam eum e solo ingenio, ad exprimendum parallelismum quendam, pronomini **αυτης** nomen **לְמַנְהוּן** substituisse, verisimile non est. Arabs Syrum sequitur.

In fine huius commatis sola addit versio Vulgat. *Disciplinam sapientiae cui reuelata est et manifestata? et multiplicationem ingressus illius quis intellexit.* Conueniunt quadammodo haec verba cum vers. syriaca vs. quarti, nec non vestigia quaedam additamenti prioris, quod in vers. lat. vulgata post comma quartum legitur, in iis deprehendere credimus. Vnde necessario colligitur, textum nostrum graecum iam antiquis temporibus multis vicissitudinibus et corruptionibus obnoxium fuisse, nec additamenta illa omnia interpreti cuidam solum adscribenda esse, cum versio syr. nullam aliam cum vers. lat. vulg. cognationem prodat, nisi, quae a textus originalis, quodammodo tamen immutati et diuersi vsu communi proficiscitur.

Vs. 6.

Et in hoc commate permagna est textus nostri graeci a versione Vulg. et syriaca discrepantia. Vulgat. nimirum post **εις ες** inserit verba: *Altissimus creator omnipotens et rex potens et rel.* Pro simplici **κυριος** in ea legitur: *et dominans Deus.* Syrus hoc et sequens comma pro responso accepisse videtur ad quaestiones commatis proxime antecedentis, ideoque **το: ες** vel plane omisit, vel pronomine **οσι** simul inclusit. Totum autem hoc comma sic vertit: **יְהוָה אֱלֹהֵינוּ הוּא הַיְהוָה הַיְחָד וְהַיְחָדִים הוּא הַיְחָד הוּא הַיְחָד הוּא הַיְחָד** h. e. *Vnus et solus tremendus Deus, qui potestatem habet in omnes eius (sapientiae) thesauros.* Legisse igitur videtur: **εις και μονος κυριος φοβερος, κτησαμενος παντας της θησαυρης αυτης.** Vocabulum nempe **κυριος** e sequentibus huc forsan delatum

latum



latum est, in verbis autem κτησαμενος et θησαυρος, in primis si per compendium scribendi in codice, quem prae oculis habebat interpres syr. expressa putemus, verborum καθήμενος et θρονος vestigia facile agnoscimus, quod et de vocabulis μανος et σοφος valet. Arabs verba syriaca reddidit. Inter Syrum autem et versionis Vulgat. auctorem nihil conuenit, nisi quod et alter in suo codice vocabulum quoddam deprehenderit (forsan δ κυριευων vel κρατος [κρατιτος) τω ܕܘܕܘܢܐ respondens, cum interpretetur: *Dominans Deus.*

Vs. 7.

Post primum αυτην vers. Vulgat. inserit verba: *in spiritu sancto*, et post εξηριθμησεν verba: *et mensus est* (εμετρησε), alterum vero αυτην omittit. — Syr. pro εκτισεν legisse videtur εξετεινεν, quod quidem illo melius syriaco ܠܘܢܐܘܢܐ respondet. Deest porro in vers. syr. pronomen αυτος, ut et alterum και et αυτην. — Ante και εξεχεεν inserit ܣܝܕܘܒܐ dedit eam, εδωκε αυτην, quod tamen syr. interpres non in textu legisse, sed eo tantum consilio addidisse videtur, ut vim verbi εξεχεεν melius exprimeret.

Vs. 8.

Vulgat. et *super omnem carnem.* Dubito tamen an legerit versionis huius auctor και επι πασαν σαρκα. Prius enim hoc huius vs. membrum, cum verbo careret, antecedenti commati arctius annexit Vulgat. quod cum Syrus non fecerit, singulare hic ex ingenio adiecit verbum ܣܝܕܘܒܐ, quod Arabs, mire h. l. cum versione latina vulgata consentiens, omittit. Syriacum ܣܝܕܘܒܐ ܥܘܕܐ et arabicum ܕܥܘܕܐ e nulla lectionis varietate, v. c. κατα το θελημα αυτης, ortum putamus, nisi forsan, nobis tamen improbantibus, verbum illud ܣܝܕܘܒܐ, εδωκε, e vocabulo δοσιν deducere, et το: θελημα illud h. l. interponere velis. Arabs quidem verba μετα πασης σαρκος vertit: على كل امر من الناس tropica tantum propriis vocabulis exprimens, nec πασι τοις αγαπωσι etc. eum legisse

legisse iudicamus, licet ܐܘܪܝܢܐ, omnibus, addat. Omnino autem statuendum non est, interpretem arabicum quicquam aliud, nisi syriacum huius libri exemplar ante oculos habuisse.

Vs. 9.

Mire consentiunt in vertendo hoc commate interpretes, inter quos tamen prae ceteris versionis Vulgat. auctor graecum textum accurate exprimit. Syriacum nimirum ܘܢܘܢܐ et arabicum وَعظْم graeco *εὐφροσύνη* parum accommodata sunt, nec magis cum vocabulo graeco *αγαλλιαματος* conuenit syr. ܘܢܘܢܐ et arab. المجد.

Vs. 10.

Desunt in vers. syr. verba *και δωσει*, quam lacunam pronomine ܘܢ et est ea expleuit Arabs.

Vs. 11.

Vulgat. pro *εὐρησει χάριν* habet: *benedicetur*. Sic et Syr. et Ar. Sequuntur lectionem *εὐλογηθησεται*, quam exhibet codex Alexandrinus. Post hoc comma in versione vulgata hoc additamentum legitur: *Dilectio Domini honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum*, quod vnde profluxerit exploratum non habemus.

Vs. 12.

Versiones vulgata et syriaca cum textu nostro graeco faciunt, nisi forsan versionis latinae auctor cum codice Alex. *κυριον* pro *θεον* legerit, arabica autem ab eo recedit. Verba enim *και μετα πισων εν μητρα συνεκτισθη αυτοις* sic in ea audiunt: وتهي مع الساعيين في مرضا
رهم من قبل العالين h. e. *et cum iis, qui in voluntate Domini sui acquiescunt, ante saecula condita est*. Quod huius versionis discrimen, nisi ad nimium fere interpretis arabici studium, propria, minus propriis verbis substituendi referendum censeas, eo magis mirum videtur, quo accuratius alias, vt iam supra a nobis dictum est, vestigiis interpretis syriaci infiltere solet. Imo augetur haec varietas, nam quod in versione syriaca

B

exflat



spondet arab. الساعيين, vt et ⲉⲛⲟⲩⲟ, και αυτη. Ceterum non solum in lectione ⲉⲑⲉⲙⲉⲗⲓⲱⲑⲏ, sed in reliqua etiam huius commatis parte, versiones syriaca et arabica inter se conuenire videntur, ita, vt et hoc loco, non minus quam alibi, interpretem arabicum versionem tantum syriacam, vel iam deprauatam, vel ab ipso ex ingenio immutatam, ducem secutum esse, verisimillimum sit. Syriacum ⲒⲓⲨⲁⲥ e primo commatis sequentis vocabulo πλησμονη, quod *satietaem, abundantiam* indicat, pro quo tamen forte ελεημοσυνη legit versionis syriacae auctor, confectum nobis videtur. Aliud enim in exemplari graeco, quo vsus est Syr. exstitisse vocabulum in initio versiculi sequentis, satis ex versione eius apparet, de qua mox agemus. Singulare denique et h. l. exstat additamentum in vers. Vulgat. *Timor Domini scientiae religiositas. Religiositas custodiet et iustificabit eos, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur.* De his ne verbum quidem in textu nostro h. l. legitur, at totum additamentum valde conuenit cum vs. 10 et 11. ibi tamen in hac versione haud neglectis.

Vs. 14.

Τον κυριον Vulgat. Deum, θεον. — και μεθυσκει αυτες. Vulgat. *et plenitudo.* An pronomine αυτες omisso solum μεθυσμα pro μεθυσκει legerit? — Syrum in initio huius commatis αρχη σοφιας legisse nobis persuasissimum est. Iam enim ad praecedens comma, vt supra demonstrauimus, vocabulum πλησμονη retulit, nec si h. l. in suo textu graeci exemplari exstitisset, per ⲉⲛⲟⲩⲟ interpretatus esset, licet illud αρχη male ex antecedentibus huc translatum fuerit. Arabs versionem syriacam sequitur, ita tamen, vt verba ⲒⲓⲨⲁⲥⲟⲩⲟ omittat, et commatis sequentis interpretationem priori huius versiculi membro annectat: راس الحكمة محافة الرب ومن خصبها تلاء الحكمة جميع خزائنها والكنوز من علانها, h. e. *Initium sapientiae timor Domini et ubertate sua sapientia implet omnes cellas suas et thesauros prouentibus suis.*

R 2

Vide-



Videtur nimirum legisse: $\text{ⲟⲩ} * \text{ⲓⲣⲓⲱ} \text{ⲥⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲟⲩ}$
 $\text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲟⲩ} * \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ}$
 $\text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲟⲩ}$. Ceterum illud ⲓⲁⲗⲗⲁ ex ingenio additum putamus,

Vs. 15.

$\text{ⲉⲓⲙⲡⲗⲏⲥⲓ} \text{ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲁⲩⲱⲛ}$. Vulgat. *implebit a generationibus*, ac si pro ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲁⲩⲱⲛ sequens ⲓⲁⲗⲗⲁ legerit eius auctor, et pro hoc ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲁⲩⲱⲛ vel ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲉⲛⲱⲛ . Verba enim posteriora interpretatur: *et receptacula a thesauris illius*. Magis etiam impedita versio est syriaca iam ad comma antecedens a nobis descripta: *Cuncta sua aeraria sapientia implet et deposita prouentibus suis*. Cuius interpretationis auctor vocabulum vel ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲁⲩⲱⲛ , vel ⲁⲓⲡⲟⲗⲟⲕⲓⲁ in suo textus graeci exemplari non reperisse videtur. Quod alterum si verum censeamus, eum Vulgata quodam modo conuenit, sistens nimirum lectionem supra a nobis propositam ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲁⲩⲱⲛ vel ⲉⲓⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲙⲉⲛⲱⲛ . De versione arabica iam antea satis dictum est.

Vs. 16.

$\text{ⲁⲛⲁⲑⲉⲗⲗⲱⲛ} \text{ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ} \text{ⲕⲁⲓ} \text{ⲟⲩⲓⲅⲓⲁⲛ} \text{ⲓⲁⲥⲉⲱⲥ}$. Vulgat. *replens pacem et salutis fructum*. An legerit: $\text{ⲁⲛⲁⲡⲗⲏⲣⲱⲛ} \text{ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ} \text{ⲕⲁⲓ} \text{ⲕⲁⲣⲡⲟⲛ} \text{ⲓⲁⲥⲉⲱⲥ}$, vel his, quae antecederant, verbis accommodatus: $\text{ⲉⲓⲙⲡⲗⲏⲣⲱⲛ} \text{ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ} \text{ⲕⲁⲓ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲥⲉⲱⲥ}$? nam liberius verba textus graeci ab eo h. l. readita esse minime nobis probatur, cum alibi fere semper verbum de verbo expressum referat, imo vocabula textus graeci in latinum sermonem recipiat h). Versio horum verborum syriaca haec est: $\text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ}$
 $\text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ}$ h. e. *et auget pacem, vitamque et sanitatem*. Melius illud $\text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ} \text{ⲓⲁⲗⲗⲁ}$ τω: ⲁⲛⲁⲡⲗⲏⲣⲱⲛ , quam, quod textus noster exhibet, τω: ⲁⲛⲁⲑⲉⲗⲗⲱⲛ respondet. *Vita pro ὕγεια* e solo interpretis ingenio, ut consequens pro antecedente nobis positum videtur. Nec
 necesse

b) Cf. V. R. LINDE in praef. ad suam huius libri ed. p. XI. et ⲘⲓⲒⲎⲞⲨⲎⲤⲓ V. III. *Einleit. in die apokryph. Schr. des A. T.* p. 85. 1q.

Syr. interpres legisse videtur *αυτης* et pluralem *βιζαι* loco singularis numeri *βιζα*, quod melius quidem cum sequente *κλαδοι* conuenit, at singulari numero antea iam saepius repetito parum confirmatur. Sunt etiam rami vnus eiusdemque arboris (h. l. σοφιας) plures, at vna tantum radix, Syr. interpres an verba φοβισθαι τον κυριον legerit, valde dubito, vertit: *وَالْحَيَاةُ اَلْاَبَدِيَّةُ* vita aeterna. Versio arabica syriacam, quodam modo tamen liberius exprimit, ramis parum apte arborem substituens.

Vs. 19.

φοβος κυρις απωθειται αμαρτηματα, αφοβος δε ε δυνασται δικαιοθηναι. Desiderantur haec verba in Cod. Vaticano et bibliis Polyglottis Londinensibus, sed exstant in editione Hoescheliana, nec non in versione Vulgata interposito tamen textus nostri commate vigesimo tertio, sic reperiuntur: *Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari.* Magna est omnium versionum antiquarum a textu nostro inde ab hoc versiculo vsque ad finem huius capituli discrepantia, non solum qua commatum, sed et singulorum verborum positionem, eorumque significationem. Versionis latinae vulgatae auctor forsan *αμαρτημα* legit, singularem pro plurali, cum reddat *peccatum*. Syrus et Arabs nihil habent, quod prodat, quicquam eorum, quae in hoc commate leguntur, in suo textus graeci exemplari exstitisse. Editio Complutensis eadem verba, quodam modo tamen mutata et aucta exhibet: φοβος κυρις απωθειται αμαρτηματα, παραμενων τε αυτω αποσρεφει οργη. Ου δυνασται θυμωδης ανηρ δικαιοθηναι. Minime vero genuina haec additamenta nobis videntur, sed e versiculo sequente orta. Qui enim his verbis interpositis sequentia melius antecedentibus annecti putent, Siracidis Ecclesiasticum, quem cum *Sonntagio V. R.* libri ferraginem censemus, librum singulis partibus bene iunctum, apteque dispositum iudicent necesse est.

Vs. 20.

Ου δυνασται θυμος αδικος δικαιοθηναι. Verba haec in versione latina vulgata, syriaca et arabica desiderantur. — Η γαρ ροπη τς θυμω
πτω-



πτῶσις αὐτῶ, quae verba in versione vulgata leguntur, desunt in vtraque interpretatione, syriaca nimirum et arabica.

Vs. 21.

Vulgatae versionis auctor τὸ: αὐτῶ non exprimit, et ἀναδοσις εὐφροσύνης pro ἀναδωσει εὐφροσύνη legisse videtur. Cod. Alex. εὐφροσύνην. — Ex hoc et praecedente versiculo, multum tamen aliis, quam qui nunc in textu nostro graeco leguntur, commata versionis syriacae haec conflata censemus:
ⲀⲚⲤⲠⲀⲔⲀⲪⲉⲛⲟⲗ ⲧⲉⲛⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ
Ⲓⲉⲛⲟⲗⲟ ⲟⲩⲔ Ⲓⲉⲛⲁⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ ⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ
ⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ ⲧⲉⲛⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ ⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ
h. e. Coronam eum statuet perpetuam, et victoriam inter sanctos aeternam. Is de ea laetabitur, et illa delectabitur ipso, nec eum proiciet in aeternum. Interpret arab. syriacam versionem sequitur.

Vs. 22.

Versio Vulgat. huic commati verba: συνέσις seu φρονησις αγαθη praemittere videtur: Bonus sensus usque in tempus abscondit verba illius, eiusque auctor pro πῖτων cum cod. Alex. et ed. Complut. πολλῶν legit, interpretatur enim: et labia multorum. — An ex hoc commate orta sunt versionis syriacae verba: ⲟⲩⲧⲉⲛⲛⲟⲗ ⲟⲩⲧⲉⲛⲛⲟⲗ
Ⲓⲉⲛⲁⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ ⲛⲁⲧⲉⲛⲛⲟⲗ h. e. Angeli Dei oblectantur illa, omnesque Domini laudes enarrant? Versio arabica et h. l. cum syriaca conuenit.

Sed haec hactenus! Quae sequuntur lectionum varietates et huius, et reliquorum capitum alio loco et tempore ex antiquis versionibus enotabimus.

Candidum iam nunc ad dies hos festos adferamus animum, Deoque quam maximas habeamus gratias, quod religionis nostrae decreta
rati-

ratione percipere, eorumque vim diuinam, depulsa omni, qua per varia tempora merfa erant caligine, intelligere nobis liceat. Quo aptior autem est nostra haec aetas promouendae verae voluntatis diuinae cognitioni, eo grauius delinquimus, si vel negligenter in tractanda religione, quae vitae nostrae summa est atque caput, versemur, vel simulationis culpam subeamus. Commendatissimum igitur *Vobis* habeatis, *Ciues Ornatissimi*, Siracidis nostri effatum Cap. VI. 37. cui demum si morem gerere studeatis, Vestra horum sollemnium celebratio digna erit, quae vere christianae nomine insigniatur. Διανος, ibi inquit Siracides, εν τοις πραγμασι κυρις, και εν ταις εντολαις αυτη μελετα διαπαντος. Αυτος ζηρει την καρδιαν σε, και η επιθυμια της σοφιας σε δοτησεται σοι.

